5,10
598 (Coll)
99

IN LAUDEM
R. P. LUDOVICI JOSEPH,
Congregationis Oratorii,
Sapientiſſimi Philoſophiæ Magiſtri.

EPIGRAMMA.

DIſſeris, & tanto ſplendeſcis lumine mentis,
  Ut tibi divinum pectus ineſſe putem.
Tam bene difficiles Logicæ ſcis prodere ſenſus,
  Eximium Logicæ ſurgat ut inde decus.
Hæc licèt ars eſſet numquam; tamen inclyta ſemper
  Ars foret ingenio condecorata tuo.

IN LAUDEM
DIDACI JOSEPHI DE MELLO,
Amantiſſimi Defendentis.

EPIGRAMMA.

PRopugnat Didacus, dat opem Ludovicus; uterque
  Conflictu Logicæ clara trophæa refert.
Docta cohors audax quamquàm prorumpat in illos,
  Offenſus docto nullus ab hoſte redit.
Ingenii (haud fallor) mihi viribus ambo videntur
  Diſcipulus Doctor, Doctor Ariſtoteles.

Canebat

Antonius Joſephus de Mello.

Anno ætatis ſuæ XIV.